SIBIU / HERMANNSTADT / NAGYSZEBEN

1616

Keywords: articles, agreement, political magistrate, ecclesiastical magistrate, ecclesiastical discipline, Sunday weddings, baptisms

/321r/
Anno Domini 1616. Articuli super quibus est relaxatio facta unanimi consensu dominorum ecclestiacorum et politicorum in generali congregatione Cibiniensi pro aeterna memoria conservatione

I. Super articulum vigesimum primum de nuptiis dominicalibus conventum est ut in urbis in quibus nuptie dominicales hactenus fuerunt in usu, porro quoque admittantur. In pagis observetur mos hactenus usitatus.

II. Super articulum 19. Ecclesiastica disciplina facinorosis personis penitentiam argentibus infligendam conclusum est communiter, ut virgae, sertum stramineum, candalae ardentes deinceps amoveantur, reliqui ritus vero de copulatione in foribus templi discalceatisque personis eiusmodi stricte observentur.

III. Super articulum novum de ecclesiasticis bonis stricte cavetur ne rapiantur in prophanos usus et in pagis inspectio et administratio eorum pertineat etiam ad pastorem, quo praesente etiam ratio danda idque in curiis parochialibus in urbis vero quia diversimoda eorum est administratio observetur mos hactenus usitatus ubi consuetudo ita observata. In reliquis antiquis mos observetur.

IV. In petitione baptismatis liberorum antiquus mos observetur, et baptisma denegare nemini debet nisi partus sit suspectus.
/321v/
V. Quia amplitudines vestras hesterna die nostra privilegia omnia communia et specialia in suo vigore conservata voluerunt, cupimus ut et domini Bistriciensis et Regnensis capituli pastorem eisdem tum publicis tum privatis gaudeant tanquam Universitatis nostrae membra non postrema. Si vero specialia quepiam quoque pretenduntur sunt privilegia litteris regum et principum munita desideramus eorum institui revisionem. Hic utatur uterque status legitimo suo privilegio.

VI. Articuli aliquot annte biennium Megyesini ab Universitate Ecclesiasticam insciis dominis politicis facti in magnum politicorum praeiudicium illi tollandi atque sopiandi vivaturque cum prioribus.
Ex commissione amplissimi senatus. Stephanus Simonis notarius mp.

322r Resolutio ad articulos hos Ecclesiasticae Universitatis

Gutepol

I. Primum articulum acceptamus certa tamen cum restrictione, ne exsoludatur assensus pastoris loci iuxta tractationem in aedibus dominibus consulis factam.

II. Secundum articulum in omnibus punctis et clausulis ratificamus.

III. Etiam acceptatus addita exceptione ut in pagis omnino coram pastoribus detur ratio ecclesiasticorum bonorum ne quod pastori fit rapiantur in prophanos usus.

IIII. Petatus babtisma a parentibus nec denegetur, excuset autem aut absentia aut morbus.

V. In omnibus punctis et clausulis approbamus et ratificamus.

VI. Articulus sextus reliquitur discusioni totius Universitatis, quae nunc preesse non est. Interea tamen articulis istis ante biennium cusis nihil in praeiudicium AVD factum arbitramur.
Stephanus Simonis notarius mp.



SJAN Sibiu, FMOS, Protocoale de ședință, Inv. 211, nr. 7, p. 321